Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25878
Copyright: Admont, Benediktinerstift

38v

s. d. pr. Lex omnemque.

habentes. et qui non habent permaneant singulares. Quod si in hoc ordine quartus extat accipere dignum est custodire, quod magis in primo. vel secundo. vel tertio. seruandum est. ne aut leuitico aut presbiterii honore. aut episcopali excellentia quisquam idoneus existimetur. qui se auoluptate luxurie nec diu restinasse detegitur. ~~Hec est augustino anglorum epo.~~ Extra sacros ordines seruiri ducant

J. xii. q. i. Qa ma.

Si qui sunt clici uxores et ab ecclesia stipendia accipiant.

extra sacros ordines esse uiri qui se continere non possunt. sortiri uxores debent. et stipendia sua extrinsecus accipere. et a debitis apostolorum septem. qui diuinis debent singulis pro cuiusque opus erat. De ex quibus stipendio cogitandum atque prudendum est. et sub ecclesiastica regula se tenendi. ut bonis moribus uiuant. et cauendis inuiglent. et abominibus illicitis. et cor et linguam. et corpus domino seruent. ~~Hec Nicolaus pp. adonii uiennensi archiepo.~~

De illo clerico diuinico Subdiacono uxorem ducere non licet.

nomine quem pro ordines ecclesiasticos usque ad subdiaconatum uixisse dicitis. cur uiam auctoritate uxorem duxit miramur. eo quod nullum umquam exceptis illis quibus ecclesiastica regula habere permittit uxorem ducendi licentiam damus. ~~Hec Alexander sedis.~~ Non est audienda missa a presbiro qui concubinam habet.

B. I. e. d. lxxxi. Siqs.

Precipiendo mandamus. ut nullus audiat missam presbiteri quem sciat concubinam indubitanter habere. vel subintroductam mulierem. Hanc etiam sancta synodus hoc capitulum sub excommunicatione statuit dicens. Quicumque sacerdotum. diaconorum. subdiaconorum. pro statuto beate memorie predecessoris nostri sci Leonis. aut Nicolai. de castitate clericorum. concubinam palam duxerit. vel ducta non reliquerit. ex parte omnipotentis dei. et auctoritate apostolorum principum Petri et Pauli precipimus. et omnino statuimus ut missam non cantet. nec euangelium legat. neque epistolam ad missam. neque in presbiterio cum his ad diuina officia quasque preter seruiant. obedientes fuerint maneant. neque partem ab ecclesia suscipiant. Percipientes etiam statutum. ut hii predictorum ordinum qui ex iste predecessoribus nostris obedientes castitatem seruauerint. iuxta ecclesiasticos sicut oportet religiosos clericos simul manducent et dormiant. et quod ab ecclesiis competit. hoc communiter habeant. Deinde ut decime et primicie seu oblationes mortuorum et mortuorum ecclesiis dei fideliter reddantur alacriter. et ut indispositione episcorum sint. Quas qui retinuerint. a sede ecclesie communione

I. c. xvi. q. i. Hec. Vt decime.